



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni
Bredenbachij S. Th. D.||**

Bredenbach, Tilman

Coloniae Agrippinae, 1592

VD16 B 7378

40. De admirabili pœna violentis festum S. Mariani.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

462 COLLATION. SACRARI

lius reliquiæ illuc de more adferebantur, sole oblationem facere, atq; imaginē eius depictā contractus S. reliquiarum sanctificatam, hunc loco per q̄es colere; q̄e res improbis quārundam, rebus sacris suum ad quæsum intligiosè abutentium moribus, vii & D. Antonij, D. Cornelij, D. Hermetis, D. Quirini, & aliorum sanctorum nunc abijt in disiuetudinem, cuius tamen vt origo sanctissimum habet institutū: ita & effectus varijs exēplis posset demonstrari, plurimis fuisse salubertimus Gregorius Turonen. de gloria Confessorum cap. 81. De admirabili pēna violanis festum S. Mariani.

C. A. P. XL.

Fuit Marianus quidam Eremita, cui non erat alter cibus, nisi poma agrestia: & si ei aliquoties à quibusdam mel dēlatum fuisset, aut si ipse repertire potuisset in sylvis, hoc erat cibus: qui cum plerunque visitaretur à plurimis, quodam tempore à quærentibus non poterat inueniri: inuestigantes denique cum viri, qui venerant deprehenso vestigio inueniunt locum, in quo flexo genu aquam hauſit à fluvio: & exinde progressi reperiunt cum sub vna arbore malo iacentem mortuum: unde celebre ferebatur in populo, cum eisum ex arbore spiritum exhalasse: sed euidenter non est cognitum, quoniam à nullo referunt vi- sum: tunc viri qui aduenerant eleuantes, at- tulerunt ad vicum Euanescem; quem ablu-

tum,

A.R.
atur, soles
is depici
am, hono
robi quo
stum irre
D. Anto
arini, & a
issuerudi
imum ha
éplis pol
petrinus
cap. 81. 2
iani.

cui noa
z: & si ci
n suisset,
hoc cie
tutur à plu
ibus non
que cum
gio inue
am hau
ant cum
um; vi
lilium ex
ter no
rtur. vi
ntes, at
m ablu
tum,

LIBER IIII.

463

tum, dignisque indutum vestibus, sepelierunt
in Ecclesia. Festa obitus per singulos celebran-
tes annos, atque conuenientes populi crebro
ab infirmitatibus sanabantur. Quidam autem
de vicinis annonas diu infectas aqua ac germe-
ne producto conflatas, facto igne super vimini-
a contextia torrere parat ad pocula facienda.
Accedens autem unus vicinorum, ait: Quid
tu ô homo hoc detineris in opere? An igno-
ras, quia solemnitas est beati Marianii? Qui
cum furore respondit, Putâsne, ô tu, qui hæc
loquetis, qui homo elius ex arbore propter
compendia gulæ, angelorum sit relatus cōfor-
tio, ut sanctus debeat adorari? Melius est enim
opus necessarium in domo exercere, quam ta-
lem sanctum excolare, quod ille audiens dis-
cessit, & cum reliquis ad basilicam sancti abiit
relîcto domi vicino in opere laborante. Nec
mortuus, flante vento adprehenditur domus, in-
cendio exuritur omnis, nec quidquam de sub-
stantia restat hominis. Exinde eleuati globi
flammatum super hospitiola aliorum, quæ
circum locata erant, huius hominis aream, se-
pes, tuguriola vel porcorum vel animalium,
reliquaque, quæ ad eum pertinebant, flamma
penetravit. Nec quidquam remansit huic mis-
tro, quod non suisset igni succensum: quod si
euenisse quis fortuitu putat, admiretur quod
nulli vicinorum circum manentium nocuit.
Quid nunc agis ô cruda rusticas, quæ sem-

T 3

494 COLLATION. SACRAR.
per in Deum, & eius amicos murmuras, ut ibi exinde damnum acquiras?

Subjecere hic visum est historiam prolixam quidem,
sed lectu admodum iucundam, ex Recognitionum D.
Clementis li. 7. & sequentibus collectam. Quonodo
D. Clemens iam in D. Petri apostolus discipulatum ad
missus, marem Mathidiam, fratres Faustinianos
Faustum, ac deniq; patrem Faustinianum, admirabilis
easu à se inuicem multis amissis diuisos, atq; in pere
grina loca dispersos, tandem summo suo saeculo
gaudio eos agnoverit, & complexus sit.

CAP. XLII

Egressi tandem etiam Tripolim Phoenici
urbem, primam in Hortostade haud pro
cul à Tripoli, facimus mansionem: ubi sequen
ti quoque die remorati, quia omnes penes qui
Domino crediderant, dum diueli à Petro ne
queunt, illo usque sequuti sunt: inde Antha
radum venimus, sed quod multi nos comita
rentur sicut Petrus ad Nicetam simul atque A
quilam. Quoniam quidem plurimæ statim
turba nobiscum sunt, & ingredientes singulas
quasq; urbes, non parum inuidiae contrahim
us, videtur mihi prouidendum, ut neq; ipsi
ingratum sit, si prohibeantur sequi, neque no
bis pompæ alicuius excitet malignus inuidia.
Censeo itaque te Nicetam atque Aquilam
præcedere, nos cum ipsis: ita ut etiam vos in
duas partes diuisam multitudinem ducatis, ut
sparsum magis quam sub una congregacione